



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De episcopo Centuriensi, qui causam suam in synodo agere renuerat.
clxxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

vnquam concilia rata leguntur, quæ non sunt sulta apostolica autoritate.

De inducijs criminotorum episcoporum, quales esse debeant. Cap. CLXXX.

DE induciis verò episcoporum, super quibus cōsului- *Ex epist. Felicis p̄a*
stis diuersas à patribus regulas inuenimus institu-
tas. Quidam enim ad repellenda imperitorum machina- *p̄a 2. fra-*
menta, & suas præparandas responsiones, & testes confir- *tribus ae-*
mandos, & concilia episcoporuin, atque amicorum quæ- *gyptiorū*
renda, annum & sex menses mandauerunt concedi: quidā *missa, ca.*
autē annum, in quo plurimi cōcordant. Minus verò q̄ sex 15.
menses non reperi: quia & laicis haec indulta sunt, quan-
tò magis domini sacerdotibus? Nam & à nostris anteces-
toribus, atque reliquis sanctis patribus multoties inhibi-
tum est, ne quis dominis sacerdotes detractionibus nō ex-
radice charitatis prolatis vexet. Quiescite inquiūt, & no-
lite persequi eos, qui deo perfectè ministrant, quorū ora-
tionibus & terrena bella sedantur, & recendentium ange-
lorum pelluntur incursus, qui que omnes dæmones corru-
ptores precum assiduitate confundunt. Induciæ nanque
non sub angusto tempore, sed sub longo spacio concedē-
dæ sunt, vt accusati se præparare, & vniuersos communi-
catores in prouinciis positos conuenire, & testes præpa-
rare, atque contra insidiatores se pleniter armare, valeat.
Iudices enim & accusatores tales esse debent, qui omni-
careant suspicione, & ex radice charitatis suam deside-
rent promovere sententiam.

*De episcopo Centuriensi, qui causam suam in synodo
agere renuerat.* Cap. CLXXXI.

DE Quoduulteo etiam Centuriensi, quoniam aduer- *Ex cōcil. Africa.*
sarius ipsius quum se petisset introduci ad conci-
lium nostrum, interrogatus vtrum cum eo veller apud epi- *no, ca. 54*
scopos experiri, primò promiserat, & alia die respondit
hoc sibi non placere atque discessit: placuit omnibus epi-
scopis, vt nullus eidem Quoduulteo communicet, donec
causa eius qualem potuerit terminum sumat. Nam adimi-
ei episcopatum antequā causæ eius exitus appareret, nul-
li Christiano videri iure potuerit.